

Hostis enim siquam partem muri occupauerit, qui re  
pugnabunt, rescindent, & si celeriter administraue  
rint, non patientur reliquas partes turrium muriq;  
hostem penetrare, nisi se uoluerit præcipitare. Tur  
res itaq; rotundæ, aut poligonix sunt faciendæ, qua  
dratas enim machinæ celerius dissipant, q̄ angulos  
arietes tundendo frangunt, in rotundationibus autē  
(uti cuneos) ad centrum adigendo, lædere non pos  
sunt. Item munitiones muri turriumq; aggeribus cō  
iunctæ maxime tutiores sunt, q̄ neq; arietes, neq; sus  
fossiones, neq; machinæ, cæteræ eis ualent nocere.

Sed non in omnibus locis est aggeris ratio faciēda,  
nisi q̄bus extra murum, ex alto loco, plano pede ac  
cessus fuerit ad mœnia oppugnanda. Itaq; in eius  
modi locis primū fossæ sunt faciēdæ, latitudinibus &  
altitudinibus q̄ amplissimis, deinde fundamentū mu  
ri deprimēdū ē intra aluenū fossæ, & id extruēdū est  
ea crassitudine, ut opus terrenū facile sustineatur.

Item interiore parte substructionis, fundamentū  
distans ab exteriori introrsus amplo spatio consti  
tuendum est, ita uti cohortes possint, quemadmodum  
in acie instructæ, ad defendēdum supra latitudinem  
aggeris consistere. Cum autem fundamenta ita di  
stātia inter se fuerint constituta, tūc inter ea alia trāf  
uersa coniuncta exteriori & interiori fundamento,  
pectinatim disposita, quemadmodū serræ dentes solu  
uentes se collocantur.